



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

28 Limita. Melioramenta, quando in emphiteusi solidentur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

V. ferè in omnibus locationibus ad tertiam generationem, aut aliud limitatum tempus factis, fuit apposta, quia eo casu agnati aut descendentes, vel hæredes scripti renovationem investituræ prætere minime possunt, Illud enim ꝑ verbum liberè tribuit absolutam auctoritatem, omnemque contradictionem, & impedimentum removet, ut per Dec. in cap. quæ in ecclesiarum, n. 2. de consue. & in cons. 131. in princ. Roland à Vall. post alios per ipsum citatos, in cons. 42. numer. 18. & seq. & Cravet. cons. 130. numer. 10.

25 Sed ꝑ neque melioramentorum solutionem, aut restitutionem, aut retentionem possessionis ratione hujusmodi melioramentorum prætere possunt, quidquid contrarium de jure communi post Bart. & alios tenuerit Ias. in l. 2. numer. 16; C. de jur. emphis. Bero cons. 91. numer. 13. & cons. 98. numer. 12. 13. & 14. vol. 1. quoniam ex decreto Papæ statim, quod melioramenta fiunt ipsi prædio, & ecclesijs, sunt ad ecclesiæ ejusdem utilitatem incorporata ex mente ipsius Papæ, à qua non est recedendum, Quia, cum Papa consentiat dictæ locationi, illamque confirmet sub illo decreto, & conditione, quod melioramenta quæcunque cedant ecclesiæ, & primò investitus sub eodem decreto illam acceptaverit, ꝑ locatione cuius temporis finita, non possunt successores in locatione minime comprehensi, factum primò investiti impugnare, Bald. in tit. qui succ. feud. numer. 1. super feud.

Regulariter autem ꝑ exceptio melioramentorum etiam adversus rei judicatæ executionem admittitur, ut per Cravet,

cons. 148. numer. 2. lib. 1. & decis. March. 63. numer. 13. dummodò post rem judicatam sint liquida, secus autem, si non sunt liquida; quia tunc, data cautione de illis solvendis conceditur executio, Puteus decis. 471. lib. 2. numer. 4. & 5.

28 Fallit tamen pluribus casibus, ꝑ & primò, quando bona emphiteutica ad ecclesiam devoluntur ob canonem non solutum, & sic culpa emphiteutæ; quia tunc melioramenta non restituntur, sed cum bonis emphiteuticis consolidantur, ut ut per Corbul. de caus. privat. ob Can. non solut. ampliat. 36. Surd. decis. 300. numer. 20. decis. 307. numer. 16. & Clar. in §. emphiteusis, quæst. 45, in princ. lib. 4.

29 Secundò fallit, ꝑ quando in instrumento locationis fuit appositum pactum, seu in litteris Apostolicis conditio expressa, quod in casu devolutionis bona una cura melioramentis ad ecclesiam devolvantur, quia tunc melioramenta non deducuntur, cum contractus à conventionione partium legem accipiant, l. iuris gentium, §. Prætor ait, & ibi Alex. n. i. ff. de pact. & pari modo, quando per ꝑ decretum prohibetur melioramentorum deductio, quia contra decretum Papæ melioramenta deduci non possunt. cap. 2. & ibi gloss. in ver. Principi, & Abb. in princ. de major. & obed. & Bero. cons. 92. numer. 20. eod. vol. 1.

31 Tertiò, ꝑ quando emphiteuta in re emphiteutica malè versatus fuit, illam dilapidando, vel deteriorando contra pactum, & contra naturam contractus de meliorando, & non deteriorando, quia tunc melioramenta, si quæ facta reperiantur, in ecclesiæ utilitatem cedunt, Bald. in l.

fin